

## In Verrem

*C. Verres verwaltete von 73 bis 71 v. Chr. als propraetor (Statthalter) die Provinz Sizilien. In dieser Zeit führte er ein Schreckensregiment, beutete die Bewohner aus und bereicherte sich durch Kunstschatze aller Art, die er sowohl aus Privathäusern als auch aus Tempeln entwendete. Cicero, junger Anwalt in Rom, war 75 v. Chr. Quaestor in Sizilien gewesen; Abgesandte der Städte der Siculer wandten sich in ihrer Not an ihn und baten ihn, als Kläger in einem Prozess gegen Verres aufzutreten.*

### **Werdegang des Verres (II,1,32, ff)**

Primum illum actum istius vitae turpissimum et flagitiosissimum praetermittam. Nihil a me de pueritiae suae flagitiis audiet, nihil ex illa impura adolescentia sua; quae qualis fuerit, aut meministis, aut ex eo, quem sui simillimum produxit recognoscere potestis. Omnia praeteribo, quae mihi turpia dictu videbuntur, neque solum, quid istum audire, verum etiam, quid me deceat dicere, considerabo. Vos, quaeso, date hoc et concedite pudori meo, ut aliquam partem de istius impudentia reticere possim. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus remque publicam accessit, habeat per me solutum ac liberum. Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis; lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat; damna, dedecora, quae res patris eius, aetas ipsius pertulit, praetereantur; lucretur indicia veteris infamiae; patiatur eius vita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere.

actus,us,m hier: Abschnitt

quem...produxit: „den er als sein genaues Ebenbild großgezogen hat“ – nämlich seinen Sohn

solutum ac liberum: unberücksichtigt und unberührt

bacchatio,ionis,f - Orgie

leno,onis,m - Kuppler; aleator,oris,m - Spieler; perductor,oris,m – Zuhälter

lucretur indicia „erspart bleiben sollen ihm Hinweise auf“

iacturam facere + Gen - verzichten auf

### **Verres' verbrecherisches Treiben in Lampsacos (II,1,63 ff)**

*Im Jahre 80 v. Chr. diente Verres dem Gnaeus Cornelius Dolabella, Statthalter von Kilikien in Kleinasien, als Legat; auch in dieser Zeit schon drangsalierte er die Bevölkerung. Eines Tages ließ er sich von Dolabella nach Bithynien und Thrakien schicken; auf dem Weg dorthin kam er durch Lampsacos.*

Oppidum est in Hellesponto Lampsacum, iudices, in primis Asiae provinciae clarum et nobile. Homines autem ipsi Lampsaceni in omnes cives Romanos officiosi sunt,

praeterea maxime sedati et quieti. Ad illum oppidum Verres venit cum magna calamitate et prope pernicie civitatis. Ut mos erat istius, atque ut eum suae libidines flagitiosae facere admonebant, statim negotium dat illis suis comitibus, nequissimis turpissimisque hominibus, ut videant et investigent ecqua virgo sit aut mulier digna, quam ob rem ipse Lampsaci diutius commoraretur.

Erat comes eius Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines, qui miro artificio, quocumque venerat, haec investigare omnia solebat. Is ad eum rem istam defert: Philodamum esse quendam, genere, honore, copiis, existimatione facile principem Lampsacenorum; eius esse filiam, quae cum patre habitaret propterea, quod virum non haberet, mulierem eximia pulchritudine; sed eam summa integritate pudicitiaque existimari. Homo, ut haec audivit, sic exarsit ad id, quod non modo ipse numquam viderat, sed ne audiverat quidem ab eo, qui ipse vidisset, ut statim ad Philodamum migrare se diceret velle.

Hosper Ianitor, qui nihil suspicaretur, veritus ne quid in ipso se offenderetur, hominem summa vi retinere coepit. Iste, qui hospitis relinquendi causam reperire non posset, alia sibi ratione viam munire ad stuprum coepit: Rubrium, delicias suas, in omnibus eius modi rebus adiutorem suum et conscium, parum laute deversari dicit; ad Philodamum deduci iubet.

Quod ubi est Philodamo nuntiatum, ad Verrem venit. Ostendit munus illud suum non esse; se, cum suae partes essent hospitem recipiendorum, tum ipsos tamen praetores et consules, non legatorum adseculas, recipere solere. Iste, qui una cupiditate raperetur, totum illius postulatum causamque neglexit; per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperavit.

Hic Philodamus, posteaquam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatem consuetudinemque suam retineret, laborabat. Homo, qui semper hospitalissimus amicissimusque nostrorum hominum existimatus esset, noluit videri ipsum illum Rubrium invitum domum suam recepisse. Magnifice et ornate convivium comparat. Rogat Rubrium, ut amicos invitet.

Rubrius Verres comites invitat. Eos omnes iste certiores facit, quid opus esset.

Mature veniunt, discumbitur. Fit sermo inter eos, et invitatio, ut Graeco more biberetur. Hortatur hospes, poscunt maiora pocula, celebratur omnium sermone laetitiaque convivium. Tum Rubrius: "Quaeso", inquit, "Philodame, cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes?"

Homo, qui et summa gravitate et parens esset, obstipuit hominis improbi dicto. Instare Rubrius. Tum ille, ut aliquid responderet, negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. Hic tum alius ex alia parte, "Enim vero ferendum hoc quidem non est; vocetur mulier!" Et simul servis suis Rubrius, ut ianuam clauderent et ipsi ad fores adsisterent, imperat.

Quod ubi ille intellexit, id agi atque id parari, ut filiae suae vis afferretur, servos suos ad se vocat. His imperat, ut se ipsum neglegant, filiam defendant. Excurrat aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio nuntiet. Clamor interea fit tota domo: pugna inter servos Rubrii atque hospitis; iactatur domi suae homo honestissimus. Aqua denique ferventi a Rubrio ipso Philodamus perfunditur.

Haec ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad aedes contendit, ut et vitae patris et pudicitiae sororis succurreret. Omnes eodem animo Lampsaceni, simul ut hoc audiverunt, quod eos cum Philodami dignitas tum iniuriae magnitudo movebat, ad aedes noctu convenerunt. Hic lictor istius Cornelius, qui cum eius servis erat a Rubrio quasi in praesidio ad auferendam mulierem collocatus, occiditur. Servi nonnulli vulnerantur; ipse Rubrius in turba sauciatur.

Lampsacum,i – Lampsacos, eine Stadt in Kleinasien am Hellespont;

Lampsaceni,orum,m – Einwohner von Lampsacos

officiosus,a,um – zuvorkommend

sedatus,a,um – gelassen

nequissimus,a,um – Superlativ zu nequam (indekl.) – nichtsnutzig

ecqua = num

Rubrius,ii – Mann aus dem Gefolge des Verres

migrare hier:übersiedeln

Philodamus,i – Bürger von Lampsacos

integritas,atis,f –Reinheit, Unbescholtenheit

lanitor – Wirt, bei dem Verres wohnte

veritus...offenderetur – in der Furcht er sei selbst irgendwie Stein des Anstoßes

viam munire – den Weg bahnen

deliciae,arum,f – Liebling

parum...deversari – nicht bequem genug untergebracht sein

partes,ium, f – Aufgabe  
 adsecula,ae,m – Begleiter, Pl. Gefolge  
 humanitatem consuetudinemque – gewohnte Liebenswürdigkeit  
 discumbere – sich zu Tisch legen  
 Graeco more – d.h. mit unvermishtem Wein  
 obstipescere,o,obstipui – entsetzt sein  
 instare hier: darauf bestehen  
 accumbere hier: teilnehmen an  
 hic...parte: jetzt ruft der eine hier, der andere dort  
 ad foris adsistere – sich am Eingang postieren  
 hoc...mali – dieses große Unheil zu Hause  
 exanimatus – atemlos  
 simul ut – sobald  
 lictor istius – Amtsdienner dieses Schurken

### **Was hinterließ Verres von dem einst blühenden Land ? (II,3,47 ff)**

*Cicero war 75 v.Chr. Quaestor in Lilybaeum; im Jahr 70 begab er sich erneut nach Sizilien, um Material gegen Verres zu sammeln. Er fand die Insel verändert vor; die Felder waren verwahrlost.*

Nam cum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi adfecta visa est, ut eae terrae solent, in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est. Quos ego campos collesque antea nitidissimos viridissimosque vidissem, hos ita vastatos nunc ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare ac lugere dominum videretur. Herbitensis ager et Hennensis, Murgentinus, Assorinus, Imacharensis, Agyrinensis ita relictus erat ex maxima parte, ut non solum iugorum sed etiam dominorum multitudinem quaereremus.

Aetnensis vero ager, qui solebat esse cultissimus, et, quod caput est rei frumentariae, campus Leontinus,—cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, annonae caritatem non verereris—sic erat deformis atque horridus, ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus; labefactaverat enim vehementer aratores iam superior annus, proximus vero funditus everterat.

quadriennium,ii,n – 4 Jahre  
 adfectus,a,um – heruntergekommen  
 nitidus,a,um – üppig; viridis,e – grün  
 cultor,oris, m – Bauer  
 Herbitensis.....Agyrensis ager – das Gebiet um die Städte Herbita, Henna, Morgantina, Assorus, Imachara, Agyrium

ex maxima parte – größtenteils  
iugum,ii,n – Gespann  
Aetnensis ager – das Gebiet um den Ätna; campus Leonontinus-Ebene von  
Leontinoi, heute Lentini;  
obsitus,a,um – bepflanzt  
annonae caritatem – Teuerung des Getreides  
arator,oris,m - Bauer

### ***Das Ceresheiligtum von Henna (II,4,106)***

Vetus est haec opinio, iudices, quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis ita persuasum est, ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam et natas esse has in his locis deas et fruges in ea terra primum repertas esse arbitrantur, et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Hennensium nemore; qui locus, quod, in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. Quam cum investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammavisse taedas iis ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt; quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnem peragravisse terrarum.

constare ex – sich stützen auf

Ceres,Cereris,f – Ceres, die Göttin des Ackerbaus;  
Libera,ae,f = Proserpina,ae,f; Tochter der Ceres;  
Siculi,orum, m – die Sikuler, Bewohner von Sizilien;  
insitus,a,um – eingepflanzt; innatus,a,um – angeboren;  
nemus Hennensium – der Hain von Henna;  
umbilicus,i, m – Nabel;  
vertex,icis,m - Gipfel

### ***Lage der Stadt Henna und Raub der Proserpina (II,4,107)***

Henna autem, ubi ea, quae dico, gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito; quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes; tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est. Quam circa lacus lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur. Etenim prope est spelunca quaedam conversa ad aquilonem infinita altitudine; qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exstitisse abreptamque ex eo loco virginem secum asportavisse et subito non longe a Syracusi penetravisse sub terras lacumque in eo loco repente exstitisse, ubi usque

ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt celeberrimo virorum mulierumque conventu.

memorantur = dicuntur  
perexcelsus atque editus - sehr hoch und ausgesetzt  
aequata agri planities – Hochebene  
circumcisis – abgeschnitten  
directus - senkrecht abfallend  
conversa ad aquilonem - in nördlicher Richtung  
Dis pater = Pluto  
ferunt - man sagt, dass  
Syracusae,arum,f – Syrakus  
Syracusani,orum,m – die Bewohner von Syrakus

*Henna, ein Kultmittelpunkt in Sizilien (II,4,107)*

Propter huius opinionis vetustatem, quod horum in his locis vestigia ac prope incunabula reperiuntur deorum, mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris. Etenim multa saepe prodigia vim eius numenque declarant; multis saepe in difficillimis rebus praesens auxilium eius oblatum est, ut haec insula ab ea non solum diligi sed etiam incolis custodiri que videatur.

Nec solum Siculi, verum etiam ceterae gentes nationesque Hennensem Cererem maxime colunt. Ceres enim in errore suo Athenas quoque venisse frugesque attulisse dicitur, itaque sacra splendissima ei ab Atheniensibus sunt instituta, quae summa cupiditate a multis expetuntur; quanto maior Siculorum religio debet esse, apud quos eam natam esse et fruges invenisse constat.

incunabula,orum,n – Wiege  
prodigium,ii, n – Wunderzeichen  
numen,inis,n - göttliches Wirken  
Hennensis,e - von Henna  
error,oris,m hier: Irrfahrt  
Athenae,arum - Athen; Athenienses,ium - die Athener  
expetere - aufsuchen

*Ein exemplum aus der römischen Geschichte: 133 v. Chr. , das die Bedeutung der Ceres von Henna zeigt (II,4,108-109)*

Itaque apud patres nostros atroci ac difficili rei publicae tempore, cum Ti.Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio L. Calpurnio consulibus, aditum est ad libros Sibyllinos; ex quibus inventum est Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes populi Romani (cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum) tamen usque Hennam profecti sunt. Tanta enim erat auctoritas et vetustas illius religionis, ut, cum illuc irent, non ad aedem Cereris, sed ad ipsam Cererem proficisci viderentur.

Non obtundam diutius; etenim iamdudum vereor, ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione et a cotidiana dicendi consuetudine esse videatur. Hoc dico: Hanc ipsam Cererem antiquissimam, religiosissimam, principem omnium sacrorum, quae apud omnes gentes nationesque fiunt, a C. Verre ex suis templis ac sedibus esse sublatam.

Tiberius Gracchus - sozialer Reformier 2.Jh.v.Chr.

ostenta,orum, n – Zeichen und Wunder

portendere – ankündigen

P.Mucius und L.Calpurnius: Konsuln im Jahr 133 v.Chr.

libri Sibyllini - die Sibyllinischen Bücher, eine Orakelsammlung

collegium decemvirale: 10-Männer-Kollegium, nur sie hatten Zugang zu den sibyllinischen Büchern

obtundere – lästig fallen

iamdudum – schon lange

ratio hier: Praxis

sacrum - hier:religiöser Kult

***Die Dianastatue von Segesta (II,4, 72 ff)***

*Die Stadt Segesta*

Segesta est oppidum vetustissimum in Sicilia, iudices, quod ab Aenea fugiente a Troia atque in haec loca veniente conditum esse traditur. Itaque Segestani se non solum perpetua societate atque amicitia, sed etiam cognitione cum populo Romano

coniunctos esse arbitrantur. Hoc oppidum quondam, cum cives eius cum Carthaginiensibus bellarent, vi captum atque deletum est; omnia, quae Carthagini ornamento esse possent, in hanc urbem sunt deportata.

loca,orum,n – die Gegend  
cognatio,ionis,f - Verwandtschaft

### *Das Standbild der Diana*

Fuit apud Segestanos ex aere Dianae simulacrum, cum summa atque antiquissima religione praeditum tum singulari arte perfectum. Hoc translatum Carthaginem locum tantum hominesque mutaverat, religionem quidem pristinam conservabat; nam propter eximiam pulchritudinem etiam hostibus tam dignum videbatur, ut sanctissime coleretur.

religio,ionis,f – hier: religiöse Kraft

### *Scipio der Jüngere – Gegenpol zu Verres*

Aliquot saeculis post P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Qua in victoria,—videte hominis virtutem et diligentiam, ut et domesticis praeclarissimae virtutis exemplis gaudeatis et eo maiore odio dignam istius incredibilem audaciam iudicetis!—convocatis Siculis omnibus, quod diutissime saepissimeque Siciliam vexatam a Carthaginiensibus esse cognoverat, iubet omnia conquiri; pollicetur sibi magnae curae fore, ut omnia civitatibus, quae cuiusque fuissent, restituerentur.

Tum illa, quae quondam erant Himera sublata, de quibus antea dixi, Thermitanis sunt reddita, tum alia Gelensibus, alia Agrigentinis, in quibus etiam ille nobilis taurus, quem crudelissimus omnium tyrannorum Phalaris habuisse dicitur; in illum homines vivos supplicii causa demittere et subicere flammam solebat. Quem taurum cum Scipio redderet Agrigentinis, dixisse dicitur: aequum esse illos cogitare, utrum esset utilius dominis suis servire an populo Romano obtemperare, cum idem monumentum et domesticae crudelitatis et nostrae mansuetudinis haberent.

Publius Scipio Africanus zerstörte Karthago 146 v.Chr.  
Punicus,a,um - punisch



Carthago,inis,f - Karthago  
Carthaginienses,ium,m - Bewohner von Karthago  
conquirere,o,quisivi,quisitum – suchen  
Himera- Himera, Stadt bei Palermo  
Thermitani,orum,m - Bewohner von Thermae  
Gelenses,ium,m - Bewohner von Gela  
Agrigentini,orum,m - Bewohnervon Agrigent  
Phalaris,idis,m - Phalaris, Tyrann von Agrigent  
subicere flammam – Feuer darunter anlegen  
mansuetudo,inis,f - Milde

### *Rückkehr des Diana-Standbildes nach Segesta*

Illo tempore Segestanis maxima cum cura haec ipsa Diana, de qua dicimus, redditur; reportatur Segestam; in suis antiquis sedibus summa cum laetitia civium reponitur. Haec erat posita excelsa in basi, in qua grandibus litteris et P. Africani nomen erat incisum et eum Carthagine capta restituisse erat perscriptum. Colebatur a civibus, ab omnibus advenis visebatur. Cum quaestor in Sicilia essem, nihil mihi ab illis est demonstratum prius. Erat admodum amplum et excelsum signum cum stola; verum tamen inerat in eius magnitudine aetas atque habitus virginalis; sagittae pendeabant ab umero, sinistra manu retinebat arcum, dextra ardentem facem praeferebat.

Segestani,orum,m – Bewohner von Segesta  
excelsus,a,um – hoch  
basis,is,f – Sockel  
grandis,e – groß  
incidere,o,cidi,cisum – einmeißeln  
perscribere,o,scripsi,scriptum – aufschreiben  
advena,ae,m – Ankömmling, Fremder  
visere,o,visi – genau ansehen, besichtigen  
stola - Stola, langes Frauenobergewand;  
habitus virginalis – Haltung eines jungen Mädchens  
umerus,i,m – Schulter  
arcus,us,m – Bogen  
fax,facis, f - Fackel

### *Verres beansprucht die Statue für sich*

Hanc cum iste, sacrorum omnium et religionum hostis praedoque, vidisset, quasi illa ipsa face percussus esset, ita flagrare cupiditate atque amentia coepit; imperat magistratibus, ut eam demoliantur et sibi dent; nihil sibi gratius ostendit futurum. Illi vero dicere sibi id nefas esse, seque cum summa religione tum summo metu legum

et iudiciorum teneri. Iste tum petere ab illis, tum minari, tum spem, tum metum ostendere. Opponebant illi nomen interdum P. Africani; populi Romani illud esse dicebant; se nihil potestatis habere in eo, quod imperator clarissimus urbe hostium capta monumentum victoriae populi Romani esse voluisset.

praedo, onis, m - Räuber  
percutere, io, cussi, cussum – heftig treffen  
demoliri, ior – demontieren, herunternehmen  
opponere, o, sui – entgegenhalten  
Africanus, i, m - cognomen des Scipio

### *Forderungen und Schikanen des Verres*

Cum iste nihilo remissius atque etiam multo vehementius instaret cottidie, res agitur in Segestanorum senatu: Vehementer ab omnibus reclamatur. Itaque illo tempore ac primo istius adventu pernegatur.

Postea, quidquid erat oneris in nautis remigibusque exigendis, in frumento imperando, Segestanis plus quam ceteris imponebat, aliquanto amplius quam ferre possent. Praeterea magistratus eorum evocabat, optimum quemque et nobilissimum ad se arcessebat, circum omnia provinciae fora rapiebat, singillatim unicuique calamitati fore se denuntiabat, universis se funditus eversurum esse illam civitatem minabatur.

Itaque aliquando multis malis magnoque metu victi Segestani praetoris imperio parendum esse decreverunt. Magno cum luctu et gemitu totius civitatis, multis cum lacrimis et lamentationibus virorum mulierumque omnium simulacrum Dianae tollendum locatur.

remissus, sum – nachgiebig  
reclamare – widersprechen  
pernegare – sich hartnäckig weigern  
evocare – vorladen  
locare – in Auftrag geben

## **Die Gefährlichkeit des Verres (II,5,149 ff)**

Si qui rex, si qua civitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in cives Romanos eius modi, nonne publice vindicaremus, nonne bello persequeremur? Possemus hanc iniuriam ignominiamque nominis Romani inultam impunitamque dimittere? Quot bella maiores nostros et quanta suscepisse arbitramini, quod cives Romani iniuria affecti, quod navicularii retenti, quod mercatores spoliati dicerentur? At ego iam retentos non queror, spoliatos ferendum puto; navibus, servis, mercibus ademptis in vincula mercatores esse coniectos et in vinculis cives Romanos necatos esse arguo.

Si haec apud Scythas dicerem, non hic in tanta multitudine civium Romanorum, non apud senatores, lectissimos civitatis, non in foro populi Romani de tot et tam acerbis suppliciis civium Romanorum, tamen animos etiam barbarorum hominum permoverem; tanta enim huius imperii amplitudo, tanta nominis Romani dignitas est apud omnes nationes, ut ista in nostros homines crudelitas nemini concessa esse videatur. Nunc tibi ego ullam salutem, ullum perfugium esse putem, cum te implicatum severitate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse videam?

Si mehercule, id quod fieri non posse intellego, ex his te laqueis ac te aliqua via ac ratione explicaveris, in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me superiore ex loco confici et concidi necesse est.

dimittere hier: lassen

navicularius,ii,m – Frachtschiffer

arguere,uo,ui – kritisieren

Scythae,arum,m – die Skythen, Nomaden vom Schwarzen Meer bis Sibirien, äußerst kriegerische Stämme

circumretire – rings umstricken, umgarnen

laqueus,i,m – Schlinge, Strick

se exuere – sich losmachen

se explicare – sich herausziehen

plaga,ae,f – Netz

ab eodem me – ebenfalls durch mich